



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Tomus ...**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1652-1663**

Cap. 8. De mutuis Magistri ac Discipuli obligationibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80586](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80586)

Sect. I. De Præcepto IV Recept Sent 237

uar. su. c. 14. n. 19. Sayr. in Clauis. l. 7. c. 7. n. 7. Tolet. lib. 5. c. 1. Filiuc. tract. 28. p. 1. a. num. 1. 9. Laym. l. 5. tract. 1. o. p. 2. c. 2. num. 6.

38 Obligatio uxoris erga virum.
Vxoris autem erga virum obligationes adnoto. Præter obedientiam debitam in redditione coniugalibus actus, tenetur etiam in iis, quæ pertinent ad bonos mores, & familiæ gubernationem obtemperare: ita ut nolle viro obedire in materia graui præcipiente, ut velle, præcepto viro, independentem gubernare, sit lethale peccatum. In rixis cum viro peccare potest, si cum in blasphemias sua morositate in rixa prorumpere faciat: vel si ex contemptu ei debitam submissionem non præstet, dum præceptum est iustum. Tenetur vxor sequi virum, quo velit eam ducere, ut ibi cohabitent, quinque exceptis casibus: si mortis periculum imminet, si peccati mortalis subesset periculum, si ipsa esset ancilla, si vir vagus esset, & ita post matrimonium factus. Si in coniugio pactum interuenisset, non mutandi locum, si tamen casus vigens mutandi contingeret, non obstante pacto, maritum sequi tenetur. Tolet. l. 5. c. 2. Nauar. sum. c. 14. num. 20. Syluest. v. vxor. q. 8. Filiuc. tract. 28. p. 1. num. 144. Sayr. in Clauis. l. 7. cap. 7. n. 10.

CAPVT VII.

De mutuis Magistri ac Discipuli obligationibus.

41 Obligatio discipuli erga magistrum.
DISCIPULI erga Magistros honorem, & reuerentiam debent. In rebus pertinentibus ad bonos mores eis, sicut parentibus, tenentur obedire. Debent diligenter studiis vacare: in quo possunt aliqua-

do grauitur delinquere ratione damni familiæ hanc ob causam illati. Pecunia a parentibus tradita debet expendere iuxta Magistrorum, quorum curæ commissi sunt, voluntatem, in res videlicet honestas. Vnde in his delinquere possunt, nempe si ob finem mortalem studeant, vel sine iusta causa, si Academia statuta ad lethale obligantia non seruent, si suffragentur indigno, aut curent alium indignum suffragari, si scientias veritas, aut superstitiones ediscant, si contra veritatem a se cognitam altercationes excitent non disputandi gratia, & maxime si id cum scandalo fiat. Si demum cum possint, stipendium Præceptorum non soluam. Nauar. sum. cap. 2. §. nu. 59. Filiuc. tract. 28. p. 1. num. 149. & 150.

Iam verò obligatione Magistri erga discipulos annotari. Tenetur non dissimulare discipulorum crimina, sed corripere, ubi fuerit opus. Debet adhibere studium, ut discipuli in literis promoucantur: & curam eorum gerere in rebus ad mores attinentibus, & honestam educationem. Vnde cauere debet, ne animæ noxia documenta tradat: quæ essent, contra Fidem, aut bonos mores: aut ne falsa velut vera doceant ex industria. Quia hoc esset proculdubio mortale, sicut etiam, si auerteret scholasticos auditores ab aliis Doctoribus cum eorum iniuria, aut auditorum damno. Tenetur præterea stipendia iusto maiora non exigere. Nec se ad docendum exponere, si se non agnoscat idoneum. Debet item se discipulorum capui accommodare. Et non denegare dignis Doctoratus insignia, aut indigno concedere. Peccaret enim mortaliter præsertim in Theologia, iure Canonico, Ciuili, & Medicina. Filiuc. tract. 28. p. 2. a. n. 151. Nauar. sum. cap. 5. numer. 55. Caiet. sum. v. Magistrorum peccata.

39 Magistri erga discipulum obligatio.

SECTIO SECVNDA.

De Præcepto quarto Decalogi, Problemata.

CAPVT VIII.

Circa mutuam parentum, ac filiorum obligationem.

PROBL. I.

Parens, exponens filium, quando eum alere potest, tenetur & non tenetur ad restitutionem.

40 Ceterum suppono.
SUPPONO, grauitur contra ius naturale delinquere parentem, qui cum filios legitimos vel sparios alere possit eos exponit in Templis, aut biuiis, aut ad inuas hospitaliū, aut in locis publicis, vel secre-

tis: & teneri ad restitutionem pro educatione loco illi, cui exposuit, & munus educandi suscepit. Quæ quidem restitutio gerenda est pro eo tempore, quo alius filius inferuire non poterat. Quia postea inferuendo aliis sibi vicium poterat comparare. Tolet. lib. 5. cap. 1. num. 9. Nauar. sum. cap. 14. numer. 17. Ceterum sunt nonnullæ vrbes, ut mea Vallisolerana, & aliæ plures in Hispania, & in reliquis Regnis Christianicis, quæ habent bona aliqua publica ex prouentibus secularium reddituum, ad puerorum expositorum educationem applicata. De his dubitari, an parens filium, quem alere poterat, ad restitutionem teneatur?

Non tenetur. Quia illa bona ad hunc finem communi omnium ciuium consensu sunt ad dicta, & vnusquisque ciuis suam habet portionem in huiusmodi bonis. Sic nonnulli quos, presso nomine memorat Pagündez. 82. citadus.

Tenetur quidem. Quia licet ea bona communi ciuium consensu ad hunc finem sint applicata

42 Non tenetur.

43 Tenetur placata.